Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



II. PETRI II.

depositio tabernaculi mei: sicut et
dominus noster ihesus xpus significauit mihi.
Dabo autem operam et frequenter habere
uos post obitum meum: ut hoc me
monam faciatis. Non enim indoc
tas fabulas secuti notam fecimus
uobis domini nostri ihesu xpi uirtutem et
presentiam: sed speculatores facti sumus
magnitudinis. Accipiens enim a do
mino honorem et gloriam: uoce delapsa
ad eum huiusce modi a magnifica gloria.
Hic est filius meus dilectus in quo mi
hi conplacuit: ipsum audite. Et
hanc uocem nos audiuimus de celo al
latam cum essemus cum ipso in monte sancto.
Et habemus firmiorem prophetam sermo
nem. cui bene facitis attendentes.
quasi lucerne lucenti in caliginoso
loco. donec dies illucescat. et lucifer
oriatur in cordibus uestris: hoc primum i
telligentes. quod omnis prophetia pro
priam interpretationem non fit. Non enim uo
luntate humana allata est aliquando prophe
tia: sed spiritu sancto inspirati locuti
sunt sancti dei homines. II.

Fuerunt uero et pseudo prophete in
populo. sicut et in uobis erunt
magni mendaces. qui introi
ducent sectas perditionis: et eum qui
emit eos dominum negant. superducentes
sibi ipsis celerem perditionem. Et multi
sequentur eorum luxurias. per quos via
ueritatis blasphemabitur: et in auaritia
fictis uerbis de uobis negociabuntur. Quo
rum iudicium iam olim non cessat: et per
ditio eorum non dormitat. Si enim deus
angelis peccantibus non pepercit. sed
rudentibus in ferum detractos in tartar
tradidit cruciandos in iudicium reser
uari: et si originali mundo non pepercit
sed octauum noe iustitie preconem custo
diuit. diluuium mundo impiorum in
ducens: et ciuitates sodomorum et go
morreorum in cineres redigens eiusdem
damnauit. exemplum eorum qui impie
acturi sunt ponens. et iustum loth
oppressum a nefandorum iuria. ac lux
uriosa conuersatione eripuit: aspe
cum enim et auditu iustus erat. habitans
apud eos qui de die in diem animam
iustam iustis operibus cruciabant: no
uit dominus pios de temptatione eripere: et
iniquos uero in diem iudicii cruciandos
reseruare. Magis autem eos qui post
carnem in concupiscentia immunditie
ambulant. dominationemque contempnunt.
audaces. sibi placentes. sectas non me
tuentes introducere blasphemantes.
Ubi angeli fortitudine et iuste cum
sint maiores non portant adiusum
se execrabile iudicium. Hi uero uelut
irrationabilia pecora naturaliter in
captionem et corruptionem. in his que ig
norant blasphemantes. in corrupti
one sua peribunt. percipientes mercedem
iniustitie: uoluptatem existimantes
diei. delicias conuiuationis. et ma
cule delitias affluentes. in conuiuiis
suis luxuriantes uobiscum. oculos
habentes plenos adulterii et incessabili
delicti. pellicientes animas instabiles.
cor exercitatum auaritie habentes. male
dictionis filii delinquentes recta via
erraueruit. secuti uiam balaam ex
uoloris. qui mercedem iniquitatis amauit:
correptionem uero habuit sue uecordie.
sub iugale mutum animal hominis uoce loquens
prohibuit prophete insipientiam. Hi sunt
fontes sine aqua. et nebule turbines
exagitate: quibus caligo tenebrarum
reseruatur. Superbia enim uanitatis
loquentes pelliciunt in desideriis carnis